

TEXTOS LATINO Y ESPAÑOL

| | |
|---|---|
| Liber L. Titulus XVI. De Verborum Significatione | 1 |
| Libro 50. Título 16. Sobre el significado de las palabras | 1 |

TEXTOS LATINO Y ESPAÑOL

LIBER L
TITULUS XVI
DE VERBORUM SIGNIFICATIONE

1. *ULPIANUS libro primo ad edictum.* Verbum hoc “si quis”¹ tam masculos quam feminas complectitur.

2. *PAULUS libro primo ad edictum.* “Urbis” appellatio muris, “Romae” autem continentibus aedificiis finitur, quod latius patet. (1) “Cuiusque diei maior pars” est horarum septem primarum diei, non supremarum.

3. *ULPIANUS libro secundo ad edictum.*² “Itinere faciendo viginti³ milia passuum in dies singulos “peragenda” sic sunt accipienda, ut, si post hanc dinumerationem minus quam viginti milia supersint, integrum diem occupent. Veluti viginti unum milia sunt passus:⁴ biduum eis adtribuetur. Quae dinumeratio ita demum facienda erit, si de die non conveniat. (1) Eius, qui apud hostes decessit, dici hereditas non potest, quia servus decessit.

4. *PAULUS libro primo ad edictum.* “Nominis” appellatione rem significari Proculus ait.

5. *IDEM libro secundo ad edictum.* “Rei” appellatio latior est quam “pecuniae”, quia etiam ea, quae extra computationem

¹ Cf. D.2,3 rubr.

² Cf. D.2,11,1.

³ *vicena* (Mo.).

⁴ *passuum.*

LIBRO 50
TÍTULO 16
SOBRE EL SIGNIFICADO DE LAS PALABRAS

1. *ULPIANO, en el libro primero al edicto.* La expresión “si alguien” comprende tanto a los hombres como a las mujeres.

2. *PAULO, en el libro primero al edicto.* El nombre de “Urbe” limita <a la ciudad> en sus muros, pero el <nombre> de “Roma” <la limita> en sus últimos edificios, porque se extiende más ampliamente. (1) “La mayor parte de un día” es la de las siete primeras horas del día, no la de las últimas.

3. *ULPIANO, en el libro segundo al edicto.* “Debiendo realizar un viaje a razón de veinte millas cada día” debe entenderse de tal modo que si quedan menos de veinte millas después de este cálculo, <las que queden por recorrerse> ocupen un día íntegro. Por ejemplo, si hay veintiún millas se les atribuirá un espacio de dos días; cálculo que deberá hacerse tan sólo si no se ha convenido un día. (1) No puede hablarse de la herencia de aquel que murió entre los enemigos, porque murió como esclavo.

4. *PAULO, en el libro primero al edicto.* Próculo dice que con la palabra “nombre <crediticio>” se designa una cosa <que se debe>.

5. *EL MISMO, en el libro segundo al edicto.* La palabra “cosa” es más amplia que “pecunia”, porque también incluye aquellos bienes que se encuentran fuera del cálculo de

patrimonii nostri sunt, continet, cum pecuniae significatio ad ea referatur, quae in patrimonio sunt. (1) “Opere locato conducto”: his verbis Labeo significari ait id opus, quod Graeci ἀποτέλεσμα vocant, non ἔργον, id est ex opere factum corpus aliquod perfectum.

6. *ULPIANUS libro tertio ad edictum.* “Nominis” et “rei” appellatio ad omnem contractum et obligationem pertinet. (1) Verbum “ex legibus” sic accipiendum est: tam ex legum sententia quam ex verbis.

7. *PAULUS libro secundo ad edictum.* “Sponsio” appellatur non solum quae per sponsus interrogationem fit, sed omnis stipulatio promissioque.

8. *IDEM libro tertio ad edictum.* Verbum “oportebit”⁵ tam praesens quam futurum tempus significat. (1) “Actionis” verbo⁶ non continetur exceptio.

9. *ULPIANUS libro quinto ad edictum.* Marcellus apud Iulianum notat verbo “perisse” et scissum et fractum contineri et vi raptum.

10. *IDEM libro sexto ad edictum.* “Creditores” accipiendos esse constat eos, quibus debetur ex quacumque actione vel persecutione, vel iure civili sine ulla exceptionis perpetuae remotione vel honorario vel extraordinario sive pure sive in diem vel sub condicione. Quod si natura debeatur, non sunt loco creditorum. Sed si non sit mutua pecunia, sed contractus, creditores accipiuntur:

11. *GAIUS libro primo ad edictum provinciale.* “creditorum” appellatione non hi tantum accipiuntur, qui pecu-

⁵ oportet Cuiacius.

⁶ Cf. D.2,13,1 pr.

nuestro patrimonio, mientras que la palabra “pecunia” se refiere a aquellos bienes que están dentro del patrimonio. (1) Con estas palabras “obra arrendada” Labeón dice que se designa a la obra que los griegos llaman “*apotélesma*”, no “*érgon*”, esto es, un objeto concluido a partir de una obra realizada.

6. *ULPIANO*, en el libro tercero al edicto. Las palabras “nombre <crediticio>”¹ y “cosa” se refieren a todo contrato y obligación. (1) La expresión “en virtud de las leyes” debe entenderse así: tanto por el sentido como por las palabras <mismas> de las leyes.

7. *PAULO*, en el libro segundo al edicto. Se llama “promesa solemne”, no sólo la que se hace por medio de una interrogación, sino toda estipulación o promesa.

8. *EL MISMO*, en el libro tercero al edicto. El verbo “deberá <por derecho civil>” designa tanto un tiempo presente como uno futuro. (1) En la palabra “acción” no se incluye la excepción.

9. *ULPIANO*, en el libro quinto al edicto. Marcelo anota en Juliano que el verbo “haber percido” incluye tanto lo cortado como lo roto y lo robado.

10. *EL MISMO*, en el libro sexto al edicto. Consta que deben entenderse como “acreedores” aquellos a quienes se debe <algo> por alguna acción o persecución, ya sea por derecho civil —sin exclusión alguna de una excepción perpetua— ya sea por <derecho> honorario o extraordinario, sea incondicionalmente, sea dentro de un término establecido, o bajo condición. Porque si se debe por naturaleza, no están en calidad de acreedores. Pero si no existe un préstamo, sino un contrato, se entienden como acreedores;

11. *GAYO*, en el libro primero al edicto provincial. con la palabra “acreedores” no sólo se entienden aquellos que prestaron

¹ Cfr. *supra* fr. 4.

niam crediderunt, sed omnes, quibus ex qualibet causa debetur:

12. *ULPIANUS libro sexto ad edictum.* ut si cui ex empto vel ex locato vel ex alio ullo debetur. Sed et si ex delicto debeat, mihi videtur posse creditoris loco accipi. Quod si ex populari causa, ante litis contestationem recte dicitur creditoris loco non esse, postea esse. Minus solvit, qui tardius solvit: nam et tempore minus solvitur.

13. *IDEM libro septimo ad edictum.* "Mulieris" appellatione etiam virgo viripotens continetur. (1) Res "abesse" videntur (ut Sabinus ait et Pedius probat) etiam hae, quarum corpus manet, forma mutata est: et ideo si corruptae redditae sint vel transfiguratae, videri abesse, quoniam plerumque plus est in manus pretio, quam in re. (2) "Desinere" autem "abesse" res tunc videtur, cum sic redit in potestatem, ne amittere eius possessionem possimus. (3) Ob hoc, quod furto pridem subtracta est, abest et ea res, quae in rebus humanis non est.

14. *PAULUS libro septimo ad edictum.* Labeo et Sabinus existimant, si vestimentum scissum reddatur vel res corrupta reddita sit, veluti scyphi collisi aut tabula rasa pictura, videri rem "abesse", quoniam earum rerum pretium non in substantia, sed in arte sit positum. Item si dominus rem, quae furto sibi aberat, ignorans emerit, recte dicitur res abesse, etiamsi postea id ita esse scierit, quia videtur res ei abesse, cui pretium abest. (1) "Rem amisisse" videtur, qui adversus nullum eius persequendae actionem habet.

una cantidad <de dinero>, sino todos aquellos a los que por alguna causa se debe algo;

12. *ULPIANO, en el libro sexto al edicto.* por ejemplo, si se debe a alguien por compra o por arrendamiento o por algún otro <contrato>. Pero también si se le debe por delito, me parece que puede tenerse en calidad de acreedor. Porque si por una causa <que da lugar a una acción> popular, antes de la litiscontestación se habla propiamente de que no está en calidad de acreedor, después <de ésta> sí. (1) Paga menos el que paga tarde, pues también por tiempo se paga menos.

13. *EL MISMO, en el libro séptimo al edicto.* En el nombre de “mujer” también se incluye a la doncella núbil. (1) “Faltar” cosas se entiende (como dice Sabino y aprueba Pedio) también <con relación a> estas cuya forma cambió <pero> cuya sustancia permanece; y por eso, si se devuelven estropeadas o transformadas, se entiende que “faltan”, pues muchas veces es mayor el valor en relación con la mano de obra, que con la cosa misma. (2) “Dejar de faltar” una cosa se entiende cuando vuelve a nuestro poder, de modo que no podamos perder su posesión. (3) Por esto, porque por hurto fue sustraída hace tiempo, “falta” también la cosa que no se encuentra entre las cosas humanas.

14. *PAULO, en el libro séptimo al edicto.* Labeón y Sabino opinan que, si un vestido se devuelve rasgado o si una cosa se devuelve estropeada, como por ejemplo, unas copas rotas o una tabla con la pintura raspada, se entiende que la cosa “falta”, porque el valor de esas cosas no está en la sustancia, sino en el arte. De igual manera, si un propietario hubiera comprado una cosa, ignorando que le faltaba por hurto, se dice rectamente que “le falta”, aunque después supiera que esto era así, porque se entiende que “le falta” la cosa cuyo valor <también> falta. (1) Parece “haber perdido una cosa” el que no tiene acción contra nadie para perseguirla.

15. *ULPIANUS libro decimo ad edictum.* Bona civitatis abusive “publica” dicta sunt: sola enim ea publica sunt, quae populi Romani sunt.

16. *GAIUS libro tertio ad edictum provinciale.* Eum qui vectigal populi Romani conductum habet, “publicanum” appellamus. Nam “publica” appellatio in compluribus causis ad populum Romanum respicit: civitates enim privatorum loco habentur.

17. *ULPIANUS libro decimo ad edictum.* Inter “publica” habemus non sacra nec religiosa nec quae publicis usibus destinata sunt: sed si qua sunt civitatum velut bona. Sed peculia servorum civitatum procul dubio publica habentur. (1) “Publica” vectigalia intellegere debemus, ex quibus vectigal fiscus capit: quale est vectigal portus vel venalium rerum, item salinarum et metallorum et picariarum.

18. *PAULUS libro nono ad edictum.* “Munus” tribus modis dicitur: uno donum, et inde munera dici dari mittive. Altero onus, quod cum remittatur, vacationem militiae munerisque praestat inde immunitatem appellari. Tertio officium, unde munera militaria et quosdam milites munificos vocari: igitur municipes dici, quod munera civilia capiant.

19. *ULPIANUS libro undecimo ad edictum.* Labeo libro primo⁷ praetoris urbani definit, quod quaedam “agantur”, quaedam “gerantur”,⁸ quaedam “contrahantur”: et actum quidem generale verbum esse, sive verbis sive re quid agatur,

⁷ Ins. *ad edictum* (Mo.).

⁸ Cf. *D.4,2,1.*

15. *ULPIANO, en el libro décimo al edicto.* Los bienes de una ciudad se llaman abusivamente “públicos”, pues sólo son públicos los que son del pueblo romano.

16. *GAYO, en el libro tercero al edicto provincial.* Llamamos “publicano” a aquel que tiene en arrendamiento <la recaudación de> un impuesto del pueblo romano. De hecho, la palabra “público” se refiere en muchos casos al pueblo romano, en tanto que las ciudades son tenidas en calidad de privadas.

17. *ULPIANO, en el libro décimo al edicto.* Entre las cosas “públicas” tenemos, no las sagradas, ni las religiosas, ni las que están destinadas a usos públicos, sino las que son de las ciudades, como sus bienes. Pero, fuera de toda duda, los peculios de los esclavos de las ciudades se tienen como públicos. (1) Debemos entender por impuestos “públicos” aquellas cosas por las que el fisco percibe un impuesto, como es el impuesto de los puertos, o el de las mercancías que se venden, así como el de las salinas, las minas y las fábricas de la pez.

18. *PAULO, en el libro noveno al edicto.* <La palabra> “*munus*” tiene tres connotaciones: la primera, la de “obsequio”, de donde se dice que se dan o envían “*munera*”; la segunda, la de “carga” que: cuando ésta es remitida, es preferible a la exención de la milicia y de <otros> cargos, de allí, “inmunidad”; la tercera, la de “deber”, de donde a los “*munera*” militares y a algunos soldados se les llame “muníficos”. Así pues, se habla de “munícipes” porque reciben las cargas civiles.

19. *ULPIANO, en el libro undécimo al edicto.* Labeón, en el libro primero <al edicto>² del pretor urbano, define que algunas cosas se “actúan”, otras se “gestionan” y otras se “contratan”. Y <dice> que un “acto” es un término general, ya sea que algo se realice con palabras o de cualquier forma, como en la

² Véase la nota al texto latino.

ut in stipulatione vel numeratione: contractum autem ultro citroque obligationem, quod Graeci συνάλλαγμα vocant, veluti emptionem venditionem, locationem conductionem, societatem: gestum rem significare sine verbis factam.

20. *IDEM libro duodecimo ad edictum.* Verba “contraxerunt”⁹ “gesserunt” non pertinent ad testandi ius.

21. *PAULUS libro undecimo ad edictum.* Princeps “bona” concedendo videtur etiam obligationes concedere.¹⁰

22. *GAIUS libro quarto ad edictum provinciale.* Plus est in restitutione¹¹ quam in exhibitione: nam “exhibere” est praesentiam corporis praebere, “restituere” est etiam possessorem facere fructusque reddere: pleraque praeterea restitutionis verbo continentur.

23. *ULPIANUS libro quarto decimo ad edictum.* “Rei” appellatione et causae et iura continentur.

24. *GAIUS libro sexto ad edictum provinciale.* Nihil est aliud “hereditas”¹² quam successio in universum ius quod defunctus habuit.

25. *PAULUS libro vicensimo primo ad edictum.* Recte dicimus eum fundum “totum” nostrum esse, etiam cum usus fructus alienus est, quia usus fructus non dominii pars, “sed servitutis” sit, ut via et iter: nec falso dici “totum” meum esse, cuius non potest ulla pars dici alterius esse. Hoc et Iulianus, et est verius. (1) Quintus Mucius ait partis appellatione rem pro indiviso significari: nam quod pro diviso nostrum sit, id non partem, sed totum esse. Servius non ineleganter partis appellatione utrumque significari.

⁹ Cf. D.4,5,2,2.

¹⁰ Cf. D.4,5,7,3.

¹¹ Cf. D.4,2,9,7.

¹² Cf. D.5,3, rubr.

estipulación o en el pago de dinero; en cambio, un “contrato” es la obligación recíproca entre una y otra personas, lo que los griegos llaman “*synállagma*”, como por ejemplo, la compraventa, el arrendamiento, <o> la sociedad; <dice que> “una gestión” significa una cosa hecha sin mediación de palabras.

20. *EL MISMO*, en el libro duodécimo al edicto. Los verbos “contrataron” y “gestionaron” no pertenecen al derecho de testar.

21. *PAULO*, en el libro undécimo al edicto. Se entiende que también concede obligaciones el príncipe que concede los “bienes” .

22. *GAYO*, en el libro cuarto al edicto provincial. Hay más en una restitución que en una exhibición, pues “exhibir” es ofrecer la presencia de una cosa; “restituir” es también hacer poseedor y devolver los frutos; muchas otras cosas más están comprendidas en la palabra “restitución”.

23. *ULPIANO*, en el libro décimo cuarto al edicto. En el nombre “cosa” se incluyen tanto la causa como sus derechos.

24. *GAYO*, en el libro sexto al edicto provincial. La “herencia” no es otra cosa que la sucesión en todo el derecho de lo que el difunto tuvo.

25. *PAULO*, en el libro vigésimo primero al edicto. Decimos con razón que un fundo es “todo” nuestro aun cuando el usufructo sea ajeno, porque el usufructo no es una parte de la propiedad, “sino de una servidumbre”, como el camino y la senda; y no sin motivo se dice que <el fundo> es “todo” mío, pues no puede decirse que una parte <del mismo> sea de otro. Esto también <dice> Juliano, y es lo más cierto. (1) Quinto Mucio <Escévola> dice que con la denominación “parte” se significa la copropiedad proindiviso, pues lo nuestro que está ya dividido, no es una parte, sino un todo. Servio <Sulpicio Rufo> dice, no sin elegancia, que con la palabra “parte” se significa las dos cosas.

26. *ULPIANUS libro sexto decimo ad edictum.* Partum non esse partem rei furtivae Scaevola libro undecimo quaestionum scribit.

27. *IDEM libro septimo decimo ad edictum.* “Ager” est locus, qui sine villa est. (1) “Stipendium” a stipe appellatum est, quod per stipes, id est modica aera, colligatur. Idem hoc etiam “tributum” appellari Pomponius ait. Et sane appellatur ab intributione tributum vel ex eo quod militibus tribuatur.

28. *PAULUS libro vicensimo primo ad edictum.* “Alienationis” verbum etiam usucapionem continet: vix est enim, ut non videatur alienare, qui patitur usucapi. Eum quoque alienare dicitur, qui non utendo amisit servitutes. Qui occasione adquirendi non utitur, non intellegitur alienare: veluti qui hereditatem omittit aut optionem intra certum tempus datam non amplectitur. (1) Oratio, quae neque coniunctionem neque disiunctionem habet, ex mente pronuntiantis vel disiuncta vel coniuncta accipitur.

29. *IDEM libro sexagensimo sexto ad edictum.* Coniunctionem “enim” nonnumquam pro distinctione accipi Labeo ait: ut in illa stipulatione “mihi heredique meo te heredemque tuum”.

30. *GAIUS libro septimo ad edictum provinciale.* “Silva caedua” est, ut quidam putant, quae in hoc habetur, ut caederetur. Servius eam esse, quae succisa rursus ex stirpibus aut radicibus renascitur. (1) “Stipula illecta” est spicae in messe deiectae necdum lectae, quas rustici cum vacaverint colligunt. (2) “Novalis” est terra praecisa, quae anno

26. *ULPIANO, en el libro décimo sexto al edicto.* <Cervidio> Escévola, en el libro décimo primero de las cuestiones, escribe que el hijo o producto <de una esclava o de un animal> no es parte de una cosa hurtada.

27. *EL MISMO, en el libro décimo séptimo al edicto.* El “agro” es un terreno que no tiene casa. (1) “Estipendio” recibe <su> nombre de “*stips*” <o montón de dinero>, porque se reúne por pequeñas piezas monetarias, esto es, por módicos ases. Pomponio dice que esto mismo también se llama “tributo”. Y sin duda se llama “tributo” de contribución o del hecho de que se atribuye a los militares.

28. *PAULO, en el libro vigésimo primero al edicto.* La palabra “enajenación” incluye también la usucapión, pues es difícil que no se considere que enajena quien permite la usucapión <de lo suyo>. También se dice que enajena el que pierde las servidumbres por no usarlas. El que no hace uso de la ocasión de adquirir <algo>, no se considera que <lo> enajena; por ejemplo, el que repudia una herencia o no aprovecha la opción dada dentro de un plazo determinado. (1) La oración que no tiene ni una conjunción ni una disyunción es interpretada como disyuntiva o conjuntiva, según la intención del que la pronuncia.

29. *EL MISMO, en el libro sexagésimo sexto al edicto.* Labeón dice que la conjunción “y” a veces se considera como disyunción, como, por ejemplo, en la estipulación <que se hace>: “para mí y para mi heredero”, “a ti y a tu heredero”.

30. *GAYO, en el libro séptimo al edicto provincial.* El “bosque que se puede talar” es, como algunos piensan, el que se tiene para ser talado. Servio <dice> que es aquel que, una vez talado, renace de nuevo de sus retoños o de sus raíces. (1) Un “rastrojo no recogido” es <el> de la espiga cortada en la mies, pero no recogida, la cual los campesinos recogen cuando tienen tiempo. (2) “Noval” es la tierra ya labrada que descansó

cessavit, quam Graeci $\nu\acute{\epsilon}\alpha\sigma\iota\nu$ vocant. (3) “Integra” autem est, in quam nondum dominus pascendi gratia pecus immisit. (4) “Glans caduca” est, quae ex arbore cecidit. (5) “Pascua silva” est, quae pastui pecudum destinata est.

31. *ULPIANUS libro octavo decimo ad edictum.* “Pratum” est, in quo ad fructum percipiendum falce dumtaxat opus est: ex eo dictum, quod paratum sit ad fructum capiendum.

32. *PAULUS libro vicensimo quarto ad edictum.* “Minus solutum” intellegitur etiam si nihil esset solutum.

33. *ULPIANUS libro vicensimo primo ad edictum.* “Palam”¹³ est coram pluribus.

34. *PAULUS libro vicensimo quarto ad edictum.* “Actionis” verbo etiam persecutio continetur.

35. *IDEM libro septimo decimo ad edictum.* “Restituere” autem is intellegitur, qui simul et causam actori reddit, quam is habiturus esset, si statim iudicii accepti tempore res ei reddita fuisset, id est et usucapionis causam et fructuum.

36. *ULPIANUS libro vicensimo tertio ad edictum.* “Litis” nomen omnem actionem significat, sive in rem sive in personam sit.

37. *PAULUS libro vicensimo sexto ad edictum.* Verbum “oportere” non ad facultatem iudicis pertinet, qui potest vel pluris vel minoris condemnare, sed ad veritatem refertur.

38. *ULPIANUS libro vicensimo quinto ad edictum.* “Ostentum” Labeo definit omne contra naturam cuiusque rei genitum factumque. Duo genera autem sunt ostentorum: unum, quotiens quid contra naturam nascitur, tribus manibus forte aut pedibus aut qua alia parte corporis, quae naturae contraria est: alterum, cum quid prodigiosum videtur, quae Graeci $\phi\alpha\nu\tau\acute{\alpha}\sigma\mu\alpha\tau\alpha$ vocant.

¹³ Cf. Gai. 3,123.

un año, a la que los griegos llaman “néasis”. (3) En cambio, es “íntegra” la tierra en la que el propietario no ha metido aún ganado para apacentar. (4) Una “fruta caída” es la que cayó de un árbol. (5) “Monte para pasto” es el que se ha destinado para el pasto del ganado.

31. *ULPIANO, en el libro décimo octavo al edicto.* Un “prado” es aquel en el que es necesario segar para percibir el fruto; se llama así porque ha sido “preparado” para recoger su fruto.

32. *PAULO, en el libro vigésimo cuarto al edicto.* “Pagado de menos” se entiende aun si no se ha pagado nada.

33. *ULPIANO, en el libro vigésimo primero al edicto.* “Públicamente” es en presencia de muchos.

34. *PAULO, en el libro vigésimo cuarto al edicto.* En la palabra “acción” se incluye también la persecución.

35. *EL MISMO, en el libro décimo séptimo al edicto.* Se entiende que “restituye” quien al mismo tiempo devuelve al demandante la posición que éste tendría si se le hubiese devuelto la cosa en el momento de ser aceptado el juicio, esto es tanto la situación para usucapir como la de <usar> los frutos.

36. *ULPIANO, en el libro vigésimo tercero al edicto.* La palabra “litigio” significa toda acción, ya sea real, ya sea personal.

37. *PAULO, en el libro vigésimo sexto al edicto.* El término “deber <por derecho civil>” no tiene que ver con la facultad del juez —el cual puede condenar en más o en menos— sino que se refiere a la verdad <de lo que se debe>.

38. *ULPIANO, en el libro vigésimo quinto al edicto.* Labeón define un “ostento” como todo lo que se engendra o se hace contra la naturaleza de una cosa. Existen dos clases de ostentos: el primero, cuando contra la naturaleza nace algo con tres manos o tres pies o con alguna parte del cuerpo que es contraria a la naturaleza; el segundo, cuando se ve algo prodigioso, las cosas que los griegos llaman “phantásmata”.

39. *PAULUS libro quinquagesimo tertio ad edictum.* “Subsignatum” dicitur, quod ab aliquo subscriptum est: nam veteres subsignationis verbo pro adscriptione uti solebant. (1) “Bona” intelleguntur cuiusque, quae deducto aere alieno supersunt. (2) “Detestari” est absenti denuntiare. (3) “Incertus possessor” est, quem ignoramus.

40. *ULPIANUS libro quinquagesimo sexto ad edictum.* “Detestatio” est denuntiatio facta cum testatione. (1) “Servi”¹⁴ appellatio etiam ad ancillam refertur. (2) “Familiae” appellatione liberi quoque continentur. (3) Unicus servus familiae appellatione non continetur: ne duo quidem familiam faciunt.

41. *GAIUS libro vicensimo primo ad edictum provinciale.* “Armorum”¹⁵ appellatio non utique scuta et gladios et galeas significat, sed et fustes et lapides.

42. *ULPIANUS libro quinquagesimo septimo ad edictum.* “Probrum”¹⁶ et obprobrium idem est. Probra quaedam natura turpia sunt, quaedam civiliter et quasi more civitatis. Ut puta furtum, adulterium natura turpe est: enimvero tutelae damnari hoc non natura probrum est, sed more civitatis: nec enim natura probrum est, quod potest etiam in hominem idoneum incidere.

43. *IDEM libro quinquagesimo octavo ad edictum.* Verbo “victus” continentur, quae esui potuique cultuique corporis quaeque ad vivendum homini necessaria sunt. Vestem quoque victus habere vicem Labeo ait:

44. *GAIUS libro vicensimo secundo ad edictum provinciale.* et cetera, quibus tuendi curandive corporis nostri gratia utimur, ea appellatione significantur.

¹⁴ Cf. *D.47,8,2, pr. i. f.*

¹⁵ Cf. *D.47,8,2, pr.*

¹⁶ Cf. *D.47,10,15,12.*

39. *PAULO, en el libro quincuagésimo tercero al edicto.* Se llama “subsignado” a lo que ha sido suscrito por alguien, pues los antiguos solían utilizar la palabra “subscripción” por la de “firma”. (1) Se consideran “bienes” las cosas que le quedan a alguien una vez deducidas las deudas. (2) “Detestar” es notificar al que está ausente. (3) Un “poseedor incierto” es aquel a quien no conocemos.

40. *ULPIANO, en el libro quincuagésimo sexto al edicto.* “La detestación” es la notificación hecha con testigos. (1) La palabra “esclavo” también se refiere a la esclava. (2) En el nombre de “familia” se incluyen también los descendientes. (3) Un esclavo único no se incluye en la palabra “servidumbre”; ni siquiera dos esclavos forman la “servidumbre”.

41. *GAYO, en el libro vigésimo primero al edicto provincial.* La palabra “armas” no sólo designa los escudos, las espadas y los cascos, sino también los palos y las piedras.

42. *ULPIANO, en el libro quincuagésimo séptimo al edicto.* La “vergüenza” es lo mismo que el oprobio. Algunas cosas vergonzosas son deshonorosas por naturaleza, otras por derecho civil <y otras> como por costumbre de la ciudad. Por ejemplo, el hurto <y> el adulterio son deshonorosos por naturaleza, pero ciertamente el ser condenado <en un juicio> de tutela no es vergonzoso por naturaleza, sino por costumbre de la ciudad, pues no es vergonzoso por naturaleza lo que puede acaecer incluso a un hombre honrado.

43. *EL MISMO, en el libro quincuagésimo octavo al edicto.* En la palabra “vitualas” se incluyen las cosas que son necesarias para la comida y la bebida y para el atavío del cuerpo y las demás que <son necesarias> al hombre para vivir. Labeón dice que también el vestido entra en esa palabra,

44. *GAYO, en el libro vigésimo segundo al edicto provincial.* y Ptodas las demás cosas que usamos para proteger o cuidar nuestro cuerpo se incluyen en esta palabra.

45. *ULPIANUS libro quinquagesimo octavo ad edictum.* In “stratu”¹⁷ omne vestimentum contineri quod iniciatur Labeo ait: neque enim dubium est, quin stragula vestis sit omne pallium, περίστρωμα. In victu ergo vestem accipiemus non stragulam, in stratu omnem stragulam vestem.

46. *IDEM libro quinquagesimo nono ad edictum.* “Pronuntiatum” et “statutum” idem potest: promiscue enim et pronuntiasset et statuisset solemus dicere eos, qui ius habent cognoscendi. (1) “Matrem familias” accipere debemus eam, quae non inhoneste vixit: matrem enim familias a ceteris feminis mores discernunt atque separant. Proinde nihil intererit, nupta sit an vidua, ingenua sit an libertina: nam neque nuptiae neque natales faciunt matrem familias, sed boni mores.

47. *PAULUS libro quinquagesimo sexto ad edictum.* “Liberationis” verbum eandem vim habet quam solutionis.

48. *GAIUS libro..... ad edictum praetoris urbani titulo qui neque sequantur neque ducantur.* “Solutum” non intellegimus eum, qui, licet vinculis levatus sit, manibus tamen tenetur: ac ne eum quidem intellegimus solutum, qui in publico sine vinculis servatur.

49. *ULPIANUS libro quinquagesimo nono ad edictum.* “Bonorum” appellatio aut naturalis aut civilis est. Naturaliter bona ex eo dicuntur, quod beant, hoc est beatos faciunt: beare est prodesse. In bonis autem nostris computari sciendum est non solum, quae domini nostri sunt, sed et si bona fide a nobis possideantur vel superficiaria sint. Aequè bonis adnu-

¹⁷ Cf. *D.42,1,34.*

45. *ULPIANO, en el libro quincuagésimo octavo al edicto.* Labeón dice que en la palabra “cobertor” se incluye toda vestimenta que se echa encima, pues no hay duda de que aun todo “*pallium*” o “*peristroma*” sea un cobertor de cama. Así pues, en la palabra “vitualas” consideraremos el vestido y lo que cubre la cama, pero en la palabra “cobertor” sí <consideraremos> todo lo que cubre la cama.

46. *EL MISMO, en el libro quincuagésimo noveno al edicto.* Lo “sentenciado” y “lo estatuido” puede ser lo mismo, pues solemos decir indistintamente que sentencian y estatuyen los que tienen el derecho de conocer <como jueces>. (1) Debemos entender por “madre de familia” la que ha vivido no deshonorosamente, pues las costumbres distinguen y separan a una madre de familia de las demás mujeres. Por consiguiente, nada interesará si es casada o no, nacida libre o liberta, pues ni las nupcias ni el nacimiento hacen a <una mujer> una madre de familia, sino las buenas costumbres.

47. *PAULO, en el libro quincuagésimo sexto al edicto.* La palabra “liberación” tiene la misma fuerza que la de “pago”.

48. *GAYO, en el libro <?> al edicto del pretor urbano, con título “quienes no sean perseguidos ni conducidos”.* No tenemos por “suelto” a aquel que, aunque haya sido liberado de ataduras, quede, sin embargo, sujeto de las manos; y ni siquiera tenemos por “suelto” a aquel que, aun sin ataduras, es custodiado en un lugar público.

49. *ULPIANO, en el libro quincuagésimo noveno al edicto.* La palabra “bienes” es natural o civil. En el sentido natural se llaman bienes porque dan dicha, esto es, <nos> hacen dichosos: “*beare*” es “ser de provecho”. Sin embargo, debe saberse que entre nuestros bienes se cuentan no sólo las cosas que son de nuestra propiedad, sino también las que poseemos de buena fe o tenemos como superficiarias. Igualmente se contará entre los bienes lo que exista en acciones,

merabitur etiam, si quid est in actionibus petitionibus persecutionibus: nam haec omnia in bonis esse videntur.

50. *IDEM libro sexagesimo primo ad edictum.* "Nurus" appellatio etiam ad pronurum et ultra porrigenda est.

51. *GAIUS libro vicensimo tertio ad edictum provinciale.* Appellatione "parentis" non tantum pater, sed etiam avus et proavus et deinceps omnes superiores continentur: sed et mater et avia et proavia.

52. *ULPIANUS libro sexagesimo primo ad edictum.* "Patroni" appellatione et patrona continentur.

53. *PAULUS libro quinquagesimo nono ad edictum.* Saepe ita comparatum est, ut coniuncta pro disiunctis accipiantur et disiuncta pro coniunctis, interdum soluta pro separatis. Nam cum dicitur apud veteres "adgnatorum gentiliumque", pro separatione accipitur. At cum dicitur "super pecuniae tutelave suae",¹⁸ tutor separatim sine pecunia dari non potest: et cum dicimus "quod dedi aut donavi", utraque continemus. Cum vero dicimus "quod eum dare facere oportet", quodvis eorum sufficit probare. Cum vero dicit praetor, "si donum munus operas redemerit",¹⁹ si omnia imposita sunt, certum est omnia redimenda esse, ex re ergo pro coniunctis habentur: (1) si quaedam imposita sunt, cetera non desiderabuntur. (2) Item dubitatum, illa verba "ope consilio" quemadmodum accipienda sunt, sententiae coniungentium aut separantium. Sed verius est, quod et Labeo ait, separatim accipienda, quia aliud factum est eius qui ope, aliud eius qui consilio furtum facit: sic enim

¹⁸ *Debuit esse: "super pecunia tutelave suae rei" (Mo.).*

¹⁹ *Cf. D.38,1,7,3.*

peticiones o persecuciones, pues es evidente que todas esas cosas están entre los bienes.

50. *EL MISMO*, en el libro *sexagésimo primero al edicto*. La palabra “nuera” debe extenderse también a la mujer del nieto y más allá <de ésta>.

51. *GAYO*, en el libro *vigésimo tercero al edicto provincial*. En la palabra “*parens*” se incluyen no sólo el padre, sino también el abuelo, el bisabuelo y todos los demás ascendientes; también la madre, la abuela y la bisabuela.

52. *ULPIANO*, en el libro *sexagésimo primero al edicto*. En la palabra “patrono” se incluye también a la patrona.

53. *PAULO*, en el libro *quincuagésimo noveno al edicto*. A veces se ha convenido que las conjunciones se tomen como disyuntivas y las disyuntivas como conjunciones, y de vez en cuando, los términos separados como no separados. Pues cuando entre los antiguos se habla de “agnados y gentiles”, se entiende como una separación. Y cuando se dice “sobre su pecunia o la tutela <de sus bienes>”,³ no puede darse un tutor separadamente sin <que disponga de> los bienes; y cuando decimos “lo que di o doné”, incluimos las dos cosas. Pero cuando decimos “lo que él debe dar <y> hacer”, es suficiente probar una de las dos cosas. Cuando dice el pretor “si redimiera una donación, un obsequio o servicios”, si todas estas cosas se impusieron, es cierto que todas deben ser redimidas como consecuencia de que se tengan como conjuntas; (1) pero si <sólo> algunas <de ellas> fueron impuestas, las demás no se reclamarán. (2) También se ha dudado acerca de cómo deben entenderse los términos “por obra o por consejo”, <si> conjunta o separadamente. Pero es más cierto lo que también dice Labeón, de que deben entenderse separados, porque un hecho es el del que comete hurto “por obra”, y otro el del que lo hace “por

³ Sigo la lectura de Mommsen.

alii condici potest, alii non potest. Sane post veterum auctoritatem eo perventum est, ut nemo ope videatur fecisse, nisi et consilium malignum habuerit, nec consilium habuisse noceat, nisi et factum secutum fuerit.

54. *ULPIANUS libro sexagesimo secundo ad edictum.* Condicionales creditores dicuntur et hi, quibus nondum competit actio, est autem competitura, “vel qui spem habent, ut competat”.

55. *PAULUS libro sexto decimo brevis edicti.* Creditor autem is est, qui exceptione perpetua summoverti non potest: qui autem temporalem exceptionem timet, similis est condicionali creditori.

56. *ULPIANUS libro sexagesimo secundo ad edictum.* “Cognoscere instrumenta” est relegere et recognoscere: “dispungere” est conferre accepta et data. (1) “Liberorum” appellatione continentur non tantum qui sunt in potestate, sed omnes qui sui iuris sunt, sive virilis sive feminini sexus sunt²⁰ exve feminini sexus descendentes.

57. *PAULUS libro quinquagesimo nono ad edictum.* Cui praecipua cura rerum incumbit et qui magis quam ceteri diligentiam et sollicitudinem rebus quibus praesunt debent, hi “magistri” appellantur. Quin etiam ipsi magistratus per derivationem a magistris cognominantur. Unde etiam cuiuslibet disciplinae praeceptores magistratos appellari a monendo vel monstrando. (1) “Persequi” videtur et qui satis accepit.

²⁰ Ins. *ex virilis sexus liberis* (Mo.).

consejo”: así pues, puede <efectuarse> la condición contra el uno y no contra el otro. Sin duda, siguiendo la autoridad de los antiguos, se ha llegado a considerar que nadie haya cometido hurto “por obra” a no ser que hubiera tenido una intención malvada, y que no <le> perjudique el haber tenido <esa> intención, a no ser que hubiera seguido el hecho <del hurto>.

54. *ULPIANO, en el libro sexagésimo segundo al edicto.* Se llaman acreedores condicionales, aquellos a quienes aún no compete acción, pero les competirá, o <aquellos> que tienen la esperanza de que les competa.

55. *PAULO, en el libro décimo sexto del edicto breve.* Es “acreedor” aquel que no puede ser rechazado por una excepción perpetua; en cambio, el que teme una excepción temporal es similar a un acreedor condicional.

56. *ULPIANO, en el libro sexagésimo segundo al edicto.* “Conocer los documentos” es releer<los> y reconocer<los>; “examinar” <las cuentas> es comparar los ingresos con los egresos. (1) En la palabra “descendientes” se incluyen no sólo los que se encuentran bajo potestad, sino también todos los que son jurídicamente independientes, ya sean de sexo masculino, ya del femenino, o los descendientes <tanto por línea masculina como> por línea femenina. ⁴

57. *PAULO, en el libro quincuagésimo noveno al edicto.* Se llaman “maestros” aquellos a los que incumbe el cuidado principal de algunas cosas y quienes deben tener más diligencia y preocupación que otros por aquellas cosas de las que están encargados. Es más, los mismos magistrados se llaman así por derivación de la palabra “maestros”, de donde también los preceptores de cualquier disciplina se llaman “maestros”, porque instruyen o enseñan. (1) También es evidente que “persigue” el que recibe una garantía.

⁴ Véase la nota al texto latino.

58. *GAIUS libro vicensimo quarto ad edictum provinciale.* Licet inter “gesta” et “facta” videtur quaedam esse subtilis differentia, attamen κατάχρηστικῶς²¹ nihil inter factum et gestum interest. (1) Paternos libertos recte videmur dicere nostros libertos: liberorum²² libertos non recte nostros libertos dicimus.

59. *ULPIANUS libro sexagesimo octavo ad edictum.* “Portus” appellatus est conclusus locus, quo importantur merces et inde exportantur: eaque nihilo minus statio est conclusa atque munita. Inde “angiportum” dictum est.

60. *IDEM libro sexagesimo nono ad edictum.* “Locus” est non fundus, sed portio aliqua fundi: “fundus” autem integrum aliquid est. et plerumque sine villa “locum” accipimus: ceterum adeo opinio nostra et constitutio locum a fundo separat, ut et modicus locus possit fundus dici, si fundi animo eum habuimus. non etiam magnitudo locum a fundo separat, sed nostra affectio: et quaelibet portio fundi poterit fundus dici, si iam hoc constituerimus. Nec non et fundus locus constitui potest: nam si eum alii adiunxerimus fundo, locus fundi efficietur. (1) Loci appellationem non solum ad rustica, verum ad urbana quoque praedia pertinere Labeo scribit. (2) Sed fundus quidem suos habet fines, locus vero latere potest, quatenus determinetur et definiatur.

61. *PAULUS libro sexagesimo quinto ad edictum.* “Satisfactionis” appellatione interdum etiam repromissio continetur, qua contentus fuit is, cui satis datio debebatur.

²¹ *Id est: abusive.*

²² *Ins. nostrorum (Mo.).*

58. *GAYO, en el libro vigésimo cuarto al edicto provincial.* Aunque es evidente que entre “gestiones” y “hechos” existe alguna sutil diferencia, sin embargo, abusivamente <el vocablo griego>: “katachrestikós” no distingue entre hecho y gestión. (1) A los libertos paternos podemos rectamente llamarlos “nuestros libertos”, <pero> a los libertos de <nuestros>⁵ descendientes no podemos rectamente llamarlos “nuestros libertos”.

59. *ULPIANO, en el libro sexagésimo octavo al edicto.* Se llama “puerto” al lugar cerrado por el cual se importan y exportan mercancías, y no obstante, la misma estación está cerrada y protegida. De ahí que se le llame “callejón”.

60. *EL MISMO, en el libro sexagésimo noveno al edicto.* Un “terreno” no es un fundo, sino alguna porción de un fundo, pues el “fundo” es algo íntegro. Y generalmente, entendemos por “terreno” el que no tiene casa; por lo demás, nuestra opinión y decisión en tal forma distingue el terreno del fundo, que también un pequeño terreno puede llamarse fundo si lo hemos tenido con ánimo de fundo. Incluso la magnitud no distingue el terreno del fundo, sino nuestra apreciación, y cualquier porción de un fundo podrá llamarse fundo si así lo decidimos. También un fundo puede constituir un terreno, pues si lo unimos a otro fundo se hará un terreno de un fundo. (1) Labeón escribe que la palabra “terreno” no sólo se refiere a los predios rústicos, sino también a los urbanos. (2) Pero ciertamente el fundo tiene sus propios límites, mientras que el terreno puede extenderse en la medida en que sea delimitado y definido.

61. *PAULO, en el libro sexagésimo quinto al edicto.* En la palabra “satisfacción” se incluye también a veces la simple repromisión, con la cual se contentó aquel al que se debía la garantía.

⁵ Véase la nota al texto latino.

62. *GAIUS libro vicensimo sexto ad edictum provinciale*. “Tigni” appellatione in lege duodecim tabularum omne genus maneriae, ex qua aedificia constant, significatur.

63. *ULPIANUS libro septuagensimo primo ad edictum*. “Penes te” amplius est quam “apud te”: nam apud te est, quod qualiterqualiter a te teneatur, penes te est, quod quodam modo possidetur.

64. *PAULUS libro sexagensimo septimo ad edictum*. “Intestatus” est non tantum qui testamentum non fecit, sed etiam cuius ex testamento hereditas adita non est.

65. *ULPIANUS libro septuagensimo secundo ad edictum*. “Heredis” appellatio non solum ad proximum heredem, sed et ad ultiores refertur: nam et heredis heres et deinceps heredis appellatione continetur.

66. *IDEM libro septuagensimo quarto ad edictum*. “Mercis” appellatio ad res mobiles tantum pertinet.

67. *IDEM libro septuagensimo sexto ad edictum*. “Alienatum” non proprie dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet: “venditum” tamen recte dicitur. (1) “Donationis” verbum simpliciter loquendo omnem donationem comprehendisse videtur, sive mortis causa sive non mortis causa fuerit.

68. *IDEM libro septuagensimo septimo ad edictum*. Illa verba “arbitratu Lucii Titii fieri” ius significant et in servum non cadunt.

69. *IDEM libro septuagensimo octavo ad edictum*. Haec verba “cui rei dolus malus aberit afuerit” generaliter comprehendunt omnem dolum, quicumque in hanc rem admissus est, de qua stipulatio est interposita.

70. *PAULUS libro septuagensimo tertio ad edictum*. Sciendum est heredem etiam per multas successiones accipi. Nam paucis speciebus “heredis” appellatio proximum continet,

62. *GAYO, en el libro vigésimo sexto al edicto provincial.* Con la palabra “*tignum*” se designa, en la ley de las Doce Tablas, toda clase de materiales de los que se componen los edificios.

63. *ULPIANO, en el libro septuagésimo primero al edicto.* “En tu poder” es más amplio que “en tus manos”, pues “en tus manos” significa lo que tú tienes de cualquier manera que sea; “en tu poder”, lo que de algún modo posees.

64. *PAULO, en el libro sexagésimo séptimo al edicto.* “Intestado” es, no sólo el que no hizo testamento, sino también aquel cuya herencia no fue adida por testamento.

65. *ULPIANO, en el libro septuagésimo segundo al edicto.* La palabra “heredero” no sólo se refiere al heredero próximo, sino también a los ulteriores, pues en la palabra heredero se incluye al heredero del heredero, y así sucesivamente.

66. *EL MISMO, en el libro septuagésimo cuarto al edicto.* La palabra “mercancía” se refiere tan sólo a las cosas muebles.

67. *EL MISMO, en el libro septuagésimo sexto al edicto.* No se llama propiamente “enajenado” lo que aún permanece en propiedad del vendedor; sin embargo, correctamente puede llamarse “vendido”. (1) La palabra “donación”, hablando sencillamente, parece comprender toda donación, sea que fuere por causa de muerte o no.

68. *EL MISMO, en el libro septuagésimo séptimo al edicto.* La expresión “que se haga por arbitrio de Lucio Ticio” alude a un derecho y no se relaciona con un esclavo.

69. *EL MISMO, en el libro septuagésimo octavo al edicto.* La expresión “sin que haya ni hubiere dolo malo en un asunto” comprende generalmente todo dolo, cualquiera que se haya cometido en el asunto por el cual se interpuso una estipulación.

70. *PAULO, en el libro septuagésimo tercero al edicto.* Hay que saber que <la palabra> heredero también se puede entender por muchas sucesiones, pues en pocos casos la palabra “heredero”

veluti in substitutione impuberis “quisquis mihi heres erit, idem filio heres esto”, ubi heredis heres non continetur, quia incertus est. Item in lege Aelia Sentia filius heres proximus potest libertum paternum ut ingratum accusare, non etiam si heredi heres exstiterit. Idem dicitur in operarum exactioe, ut filius heres exigere possit, non ex successione effectus. Verba haec “is ad quem ea res pertinet” sic intelleguntur, ut qui “in universum dominium” vel iure civili vel iure praetorio succedit, contineatur.

71. *ULPIANUS libro septuagensimo nono ad edictum.* Aliud est “capere”, aliud “accipere”. Capere cum effectu accipitur: accipere, et si quis non sic accepit, ut habeat. Ideoque non videtur quis capere, quod erit restitutus: sicut pervenisse proprie illud dicitur, quod est remansurum. (1) Haec verba “his rebus recte praestari” hoc significant, ne quid periculum vel damnum ex ea re stipulator sentiret.

72. *PAULUS libro septuagensimo sexto ad edictum.* Appellatione “rei” pars etiam continetur.

73. *ULPIANUS libro octogensimo ad edictum.* Haec verba in stipulatione posita “eam rem recte restitui” fructus continent: “recte” enim verbum pro viri boni arbitrio est.

74. *PAULUS libro secundo ad edictum aedilium curulium.* Signatorius anulus “ornamenti” appellatione non continetur.

75. *IDEM libro quinquagensimo ad edictum.* “Restituere” is videtur, qui id restituit, quod habiturus esset actor, si controversia ei facta non esset.

76. *IDEM libro quinquagensimo primo ad edictum.*

se refiere, al próximo <heredero>, como en la substitución de un impúber <cuando se dice>: “quienquiera que sea mi heredero, sea también heredero de mi hijo”, donde no se refiere al heredero del heredero, porque es incierto. Así también, en la ley Elia Sencia el hijo heredero próximo puede acusar a un liberto paterno de ingrato, pero no si fuera heredero del heredero de su padre. Lo mismo se dice en la supervisión de los servicios <del liberto>, que el hijo heredero puede demandar, pero no si ha sido designado <heredero> por sucesión. Esta expresión “aquel a quien pertenece la cosa” se entiende de tal manera, que <en ella> está contenido el que sucede “en la propiedad total”, sea por derecho civil, sea por derecho pretorio.

71. *ULPIANO, en el libro septuagésimo noveno al edicto.* Una cosa es “adquirir” y otra “recibir”. El adquirir se recibe con un efecto; el recibir, aunque alguien no recibió <algo> en tal forma que lo tenga. Y por eso no se entiende que alguien adquiere lo que deberá restituir, así como se dice que se convirtió en algo propio lo que debía quedarse intacto. (1) Esta expresión “responder rectamente de estas cosas” significa esto: que el estipulante no correrá peligro ni daño por aquello.

72. *PAULO, en el libro septuagésimo sexto al edicto.* La palabra “cosa” incluye también una parte <de la misma>.

73. *ULPIANO, en el libro octagésimo al edicto.* Esta expresión: “que se restituya aquella cosa rectamente”, puesta en la estipulación, incluye los frutos, pues la palabra “rectamente” equivale a: “por el arbitrio de un hombre bueno”.

74. *PAULO, en el libro segundo al edicto de los ediles curules.* El anillo para sellar documentos no se incluye en la palabra “adorno”.

75. *EL MISMO, en el libro quincuagésimo al edicto.* Se entiende que “restituye” aquel que restituye lo que el demandante tendría si no se le hubiera entablado controversia.

76. *EL MISMO, en el libro quincuagésimo primero al edicto.*

non etiam fructum augent: ut sunt viridia et aquae salientes, incrustationes, loricationes, picturae.

80. *IDEM libro nono ad Plautium.* In generali repetitione legatorum etiam datae libertates continentur ex mente legis duodecim tabularum.

81. *IDEM libro decimo ad Plautium.* Cum praetor dicat "ut opus factum restituatur",²⁷ etiam damnum datum actor consequi debet: nam verbo "restitutionis" omnis utilitas actoris continetur.

82. *IDEM libro quarto decimo ad Plautium.* Verbum "amplius" ad eum quoque pertinet, cui nihil debetur: sicuti ex contrario "minus" solutum videtur etiam, si nihil esset exactum.

83. *IAVOLENUS libro quinto ex Plautio.* Proprie "bona" dici non possunt, quae plus incommodi quam commodi habent.

84. *PAULUS libro secundo ad Vitellium.* "Filii" appellatione omnes liberos intellegimus.

85. *MARCELLUS libro primo digestorum.* Neratius Priscus tres facere existimat "collegium", et hoc magis sequendum est.

86. *CELSUS libro quinto digestorum.* Quid aliud sunt "iura praediorum" quam praedia qualiter se habentia: ut bonitas, salubritas, amplitudo?

87. *MARCELLUS libro duodecimo digestorum.* Ut Alfenus ait, "urbs" est "Roma", quae muro cingeretur, "Roma" est etiam, qua continentia aedificia essent: nam Romam non muro tenus existimari ex consuetudine cotidiana posse intellegi, cum diceremus Romam nos ire, etiamsi extra urbem habitaremus.

²⁷ Cf. D.39,1,20, pr.

to, como son los jardines y las fuentes, los estucados, los revocos y las pinturas.

80. *EL MISMO*, en el libro noveno a *Plaucio*. En la reclamación general de los legados también se incluyen las libertades concedidas a los esclavos mediante el testamento, según la intención de la ley de las Doce Tablas.

81. *EL MISMO*, en el libro décimo a *Plaucio*. Cuando el pretor dice “que se restituya una obra hecha”, el demandante debe conseguir también <la indemnización por> el daño causado, pues la palabra “restitución” incluye toda utilidad del demandante.

82. *EL MISMO*, en el libro décimo cuarto a *Plaucio*. El término “más” se refiere también a aquel a quien nada se debe, como, por el contrario, es evidente que también se ha pagado “menos” si nada se hubiera cobrado.

83. *JAVOLENO*, en el libro quinto de *Plaucio*. No pueden llamarse propiamente “bienes” las cosas que representan más desventajas que ventajas.

84. *PAULO*, en el libro segundo a *Vitelio*. Con la palabra “hijos” entendemos a todos los descendientes.

85. *MARCELO*, en el libro primero de los *digestos*. Neracio Prisco opina que tres personas forman un “colegio”, y esto debe seguirse de preferencia.

86. *CELSE*, en el libro quinto de los *digestos*. ¿Qué otra cosa son las “servidumbres” si no la condición en que se tienen los predios: como la comodidad, la salubridad, la amplitud?

87. *MARCELO*, en el libro duodécimo de los *digestos*. Como dice Alfenus, la “urbe” es “Roma”, porque está rodeada por un muro; “Roma” comprende también los edificios que están adyacentes a ella, pues por la costumbre cotidiana, puede entenderse que Roma no se limita hasta el muro, como si dijéramos que “vamos a Roma”, aunque vivamos fuera de la “urbe”.

88. *CELSUS libro octavo decimo digestorum*. Propemodum tantum quisque pecuniae relinquit, quantum ex bonis eius refici potest: sic dicimus centies aureorum habere, qui tantum in praediis ceterisque similibus rebus habeat. Non idem est in fundo alieno legato, quamquam is hereditaria pecunia parari potest. Neque quisquam eum, qui pecuniam numeratam habet, habere dicit quidquid ex ea parari potest.

89. *POMPONIUS libro sexto ad Sabinum*. Boves magis “armentorum” quam “iumentorum” generis appellantur. (1) Hoc sermone “dum nupta erit” primae nuptiae significantur. (2) Inter “edere” et “reddi rationes”²⁸ multum interest: nec is, qui edere iussus sit, reliquum reddere debet: nam et argentarius edere rationem videtur, etiamsi quod reliquum sit apud eum non solvat.

90. *ULPIANUS libro vicensimo septimo ad Sabinum*. Qui “uti optimae maximaeque sunt” aedes tradit, non hoc dicit servitutem illis deberi, sed illud solum ipsas aedes liberas esse, hoc est nulli servire.

91. *PAULUS libro secundo fideicommissorum*. “Meorum” et “tuorum”²⁹ appellatione actiones quoque contineri dicendum est.

92. *IDEM libro septimo quaestionum*. “Proximus” est, quem nemo antecedit: “supremus” est, quem nemo sequitur.

93. *CELSUS libro nono decimo digestorum*. “Moventium”, item “mobiliium” appellatione idem significamus: si tamen apparet defunctum animalia dumtaxat, quia se ipsa moverent, moventia vocasse. Quod verum est.

94. *IDEM libro vicensimo digestorum*.³⁰ Verbum “reddendi” quamquam significatum habet retro dandi, recipit tamen et per se dandi significationem.

²⁸ Cf. D.34,3,8,5.

²⁹ Cf. D.36,1,16.

³⁰ = D.31,21.

88. *CELSO, en el libro décimo octavo de los digestos.* De semejante manera a cuando alguien deja <al morir> tanto dinero cuanto puede obtenerse por <la liquidación> de sus bienes, así decimos que tiene cien mil áureos quien sólo <los tiene> en predios y otras cosas similares. No es lo mismo <que se tenga> en un fundo ajeno legado, aunque éste pueda ser adquirido con el dinero heredado, y nadie dice que el que tiene dinero “contante y sonante” tiene lo que puede adquirir con éste.

89. *POMPONIO, en el libro sexto a Sabino.* Los bueyes son mejor llamados “ganado mayor”, que “jumentos”. (1) Con la expresión “mientras esté casada” se da a entender el primer matrimonio. (2) Entre “dar” y “rendir cuentas” hay mucha diferencia: y el que debe darlas no debe devolver lo restante, pues se entiende que también el banquero da cuentas, aunque no pague lo que resta en sus manos.

90. *ULPIANO, en el libro vigésimo séptimo a Sabino.* El que entrega una casa “como la mejor y la mayor” no dice con esto que se le debe servidumbre, sino tan sólo que la casa está libre, esto es, que no está gravada por servidumbre alguna.

91. *PAULO, en el libro segundo de los fideicomisos.* Con las palabras “mío” y “tuyo” debe decirse que también se incluyen las acciones.

92. *EL MISMO, en el libro séptimo de las cuestiones.* “Próximo” es aquel al que nadie antecede; “supremo” es aquel al que nadie sigue.

93. *CELSO, en el libro décimo noveno de los digestos.* Con la palabra “movibles” y con “muebles” designamos lo mismo, si al menos es evidente que un difunto haya llamado “movibles” únicamente a los animales, porque se movían por sí mismos. Lo cual es verdadero.

94. *EL MISMO, en el libro vigésimo de los digestos.* Aunque el verbo “devolver” tiene el significado de dar de vuelta, sin embargo, también recibe, por sí mismo, el significado de “dar”.

95. *MARCELLUS libro quarto decimo digestorum.* Potest "reliquorum" appellatio et universos significare.

96. *CELSUS libro vicensimo quinto digestorum.* Litus est, quousque maximus fluctus a mari pervenit: idque Marcum Tullium aiunt,³¹ cum arbiter esset, primum constituisse.³² (1) Praedia dicimus aliquorum esse non utique communiter habentium ea, sed vel alio aliud habente.

97. *IDEM libro trigensimo secundo digestorum.* Cum stipulamur "quanta pecunia ex hereditate Titii ad te pervenerit", res ipsas quae pervenerunt, non pretia earum spectare videmur.

98. *IDEM libro trigensimo nono digestorum.* Cum bisextum kalendis est, nihil refert, utrum priore an posteriore die quis natus sit, et deinceps sextum kalendas eius natalis dies est: nam id biduum pro uno die habetur. Sed posterior dies intercalatur, non prior: ideo quo anno intercalatum non est sexto kalendas natus, cum bisextum kalendis est, priorem diem natalem habet. (1) Cato putat mensem intercalarem additiciam esse: omnesque eius dies pro momento temporis observat extremoque diei mensis Februarii adtribuit Quintus Mucius. (2) Mensis autem intercalaris constat ex diebus viginti octo.

99. *ULPIANUS libro primo de officio consulis.* "Notionem" accipere possumus et cognitionem et iurisdictionem. (1) "Continentes provincias" accipere debemus eas, quae Italiae iunctae sunt, ut puta Galliam: sed et provin-

³¹ *Debuit esse: "idque M. Tullius Gallum Aquilium ait" (Mo.).*

³² *Cf. Cicero Top. 7,32: solebat Aquilius...cum de litoribus ageretur, quae omnia publica esse vultis, quaerentibus iis, ad quos id pertinebat, quid esset litus, ita definire: qua fluctus eluderet.*

95. *MARCELO*, en el libro décimo cuarto de los *digestos*. La palabra “restantes” también puede significar “todos”.

96. *CELSO*, en el libro vigésimo quinto de los *digestos*. El litoral <o costa> es hasta donde llega el máximo oleaje del mar: y Marco Tulio (Cicerón) <dice que Aquilio Galo>⁸ fue el primero que, siendo árbitro, así lo había estatuido. (1) Decimos que unos predios son “de algunas personas”, no solamente cuando los tienen en común, sino inclusive cuando cada una tiene uno.

97. *EL MISMO*, en el libro trigésimo segundo de los *digestos*. Cuando estipulamos “cuanto dinero te correspondió por la herencia de Ticio”, entendemos que nos referimos a las cosas mismas que se adquirieron y no al precio de éstas.

98. *EL MISMO*, en el libro trigésimo noveno de los *digestos*. Cuando hay un día intercalar en las calendas, en nada afecta si alguien nació el día anterior o el posterior <a las calendas> y, sucesivamente, su día natal es el sexto antes de las calendas <de marzo>, pues esos dos días se cuentan como uno; pero se intercala el día posterior, no el primero; por eso, el nacido el día sexto antes de las calendas en un año que no fue intercalado, tiene como día natal el primero, cuando hay un día intercalar, en las calendas. (1) Catón cree que el mes intercalado es añadido, y Quinto Mucio <Escévola> observa todos los días de éste como un momento de tiempo y lo atribuye al último día del mes de febrero. (2) Pero el mes intercalado consta de veintiocho días.

99. *ULPIANO*, en el libro primero del *oficio del cónsul*. Podemos entender <la palabra> “noción” como cognición y jurisdicción. (1) Debemos entender por “provincias contiguas” las que están unidas a Italia, como por ejemplo, la Galia, pero también es necesario que entre éstas tomemos más en cuenta a

⁸ Véase la nota al texto latino.

ciam Siciliam magis inter continentes accipere nos oportet, quae modico freto Italia dividitur. (2) "Instrumentorum" appellatione quae comprehendantur, perquam difficile erit separare: quae enim proprie sint instrumenta, propter quae dilatio danda sit, inde dinoscemus. (3) Si in praesentiam personae, quae instruere possit, dilatio petatur (puta qui actum gessit, licet in servitute, vel qui actor fuit constitutus), putem videri instrumentorum causa dilationem.

100. *IDEM libro secundo de officio consulis.* "Speciosas personas" accipere debemus clarissimas personas utriusque sexus, item eorum, quae ornamentis senatoriis utuntur.

101. *MODESTINUS libro nono differentiarum.* Inter "stuprum" et "adulterium" hoc interesse quidam putant, quod adulterium in nuptam, stuprum in viduam committitur. Sed lex Iulia de adulteriis hoc verbo indifferenter utitur. (1) "Divortium" inter virum et uxorem fieri dicitur, "repudium" vero sponsae remitti videtur. Quod et in uxoris personam non absurde cadit. (2) Verum est "morbum" esse temporalem corporis imbecillitatem, "vitium" vero perpetuum corporis impedimentum, veluti si talum³³ excussit: nam et luscus utique vitiosus est. (3) Servis legatis etiam ancillas deberi quidam putant, quasi commune nomen utrumque sexum contineat.

102. *IDEM libro septimo regularum.* "Derogatur" legi aut

³³ Ins. *fregit vel oculum* (Mo.).

la provincia de Sicilia, que está separada de Italia por un pequeño estrecho. (2) Será muy difícil distinguir qué cosas están comprendidas en la palabra “documentos”: pues de allí reconoceremos cuáles son propiamente los documentos por los cuales debe darse la dilación. (3) Si se pide una dilación para la presentación de una persona que puede ofrecer pruebas (como por ejemplo, el que hizo el negocio, aunque esté bajo esclavitud, o el que fue nombrado administrador), creo que se entiende que la dilación se pide para ofrecer los documentos.

100. *EL MISMO*, en el libro segundo del oficio del cónsul. Por “personas distinguidas” debemos entender las personas ilustrísimas de ambos sexos, así como aquellas que hacen uso de las insignias senatoriales.

101. *MODESTINO*, en el libro noveno de las diferencias. Algunos autores creen que la diferencia entre “estupro” y “adulterio” está en que el adulterio se comete con una mujer casada, y el “estupro” con la que no está casada, pero la ley Julia sobre adulterios utiliza estos términos indistintamente. (1) El “divorcio” se dice que se realiza entre marido y mujer; el “repudio” se entiende ciertamente como despedir a la mujer desposada, lo cual no se aplica absurdamente a la mujer casada. (2) Es cierto que la “enfermedad” es una debilidad temporal del cuerpo; que un “defecto” es, ciertamente, un impedimento perpetuo del cuerpo, como <romperse> un talón <o> perder <un ojo>,⁹ pues también el tuerto es ciertamente defectuoso. (3) Algunos autores creen que en los legados para los esclavos también deben <entenderse> las esclavas, como nombre común que comprende ambos sexos.

102. *EL MISMO*, en el libro séptimo de las reglas. Una ley “se deroga” o “se abroga”. Se deroga una ley cuando se qui-

⁹ Sigo la lectura de Mommsen.

“abrogatur”. Derogatur legi, cum pars detrahitur: abrogatur legi, cum prorsus tollitur.

103. *IDEM libro octavo regularum*. Licet “capitalis” Latine loquentibus omnis causa existimationis videatur, tamen appellatio capitalis mortis vel amissionis civitatis intellegenda est.

104. *IDEM libro secundo excusationum*.³⁴ Ἡ τῶν τέκνων προσηγορία καὶ ἐπὶ τοὺς ἐγγόνους ἐκτείνεται.

105. *IDEM libro undecimo responsorum*. Modestinus respondit his verbis “libertis libertabusque meis” libertum libertae testatoris non contineri.

106. *IDEM libro singulari de praescriptionibus*. “Dimissoriae litterae” dicuntur, quae volgo apostoli dicuntur. Dimissoriae autem dictae, quod causa ad eum qui appellatus est dimittitur.

107. *IDEM libro tertio pandectarum*. “Adsignare libertum” hoc est testificari, cuius ex liberis libertum eum esse voluit.

108. *IDEM libro quarto pandectarum*. “Debitor”³⁵ intelligitur is, a quo invito exigi pecunia potest.

109. *IDEM libro quinto pandectarum*. “Bonae fidei emptor” esse videtur, qui ignoravit eam rem alienam esse, aut putavit eum qui vendidit ius vendendi habere, puta procuratorem aut tutorem esse.

110. *IDEM libro sexto pandectarum*. “Sequester” dicitur, apud quem plures eandem rem, de qua controversia est, deposuerunt: dictus ab eo, quod occurrenti aut quasi sequenti eos qui contendunt committitur.

111. *IAVOLENUS libro sexto ex Cassio*. “Censere” est constituere et praecipere. Unde etiam dicere solemus “censeo hoc

³⁴ = D.27,1,2,7 fin.

³⁵ Cf. D.26,7,15.

ra una parte; se abroga una ley cuando se elimina enteramente.

103. *EL MISMO*, en el libro octavo de las reglas. Aunque para los que hablan latín la palabra “capital” se entiende como todo proceso <relacionado con la> reputación de una persona, sin embargo, la palabra “capital” debe entenderse como la pena de muerte o la pérdida de la ciudadanía.

104. *EL MISMO*, en el libro segundo de las excusas (en griego). El nombre de “hijos” también se extiende a los nietos.

105. *EL MISMO*, en el libro undécimo de las respuestas. Modestino respondió que en la frase “a mis libertos y a mis libertas” no se incluye al liberto de una liberta del testador.

106. *EL MISMO*, en el libro único sobre las prescripciones. Se denominan “cartas dimisorias” a las que comúnmente se les llama “apóstolos”. Pero se han denominado dimisorias porque la causa se envía a aquel que ha sido apelado.

107. *EL MISMO*, en el libro tercero de las pandectas. “Asignar a un liberto” es esto: declarar de cuál de los descendientes quiere <uno> que aquél sea el liberto.

108. *EL MISMO*, en el libro cuarto de las pandectas. Se entiende por “deudor” aquel a quien, contra su voluntad, puede exigírsele una cantidad <de dinero>.

109. *EL MISMO*, en el libro quinto de las pandectas. Parece ser “comprador de buena fe” el que ignoró que la cosa era ajena o pensó que el que vendió tenía el derecho de vender<la>; por ejemplo, <si pensó> que era procurador o tutor.

110. *EL MISMO*, en el libro sexto de las pandectas. Se llama “secuestrario” aquel en cuyas manos muchos depositaron una misma cosa sobre la que hay controversia; y es llamado así porque se entrega al que se enfrenta o al que sigue a los que contienden <sobre la cosa>.

111. *JAVOLENO*, en el libro sexto de Casio. “Resolver” es establecer y ordenar, de donde también solemos decir “resuelvo

facias” et “semet aliquid censuisse”. Inde censoris nomen videtur esse tractum.

112. *IDEM libro undecimo ex Cassio.* Litus publicum est eatenus, qua maxime fluctus exaestuatur. Idemque iuris est in lacu, nisi is totus privatus est.

113. *IDEM libro quarto decimo ex Cassio.* “Morbus soniticus” est, qui cuique rei nocet.

114. *IDEM libro quinto decimo ex Cassio.* Solvendo esse nemo intellegitur, nisi qui solidum potest solvere.

115. *IDEM libro quarto epistularum.* Quaestio est, fundus a possessione vel agro vel praedio quid distet. “Fundus” est omne, quidquid solo tenetur. “Ager” est, si species fundi³⁶ ad usum hominis comparatur. “Possessio” ab agro iuris proprietate distat: quidquid enim adprehendimus, cuius proprietate ad nos non pertinet aut nec potest pertinere, hoc possessionem appellamus: possessio ergo usus, ager proprietate loci est. “Praedium” utriusque supra scriptae generale nomen est: nam et ager et possessio huius appellationis species sunt.

116. *IDEM libro septimo epistularum.* “Quisquis mihi alius filii filiusve heres sit”: Labeo non videri filiam contineri, Proculus contra. Mihi Labeo videtur verborum figuram sequi, Proculus mentem testantis. Respondit: non dubito, quin Labeonis sententia vera non sit.

117. *IDEM libro nono epistularum.* Non potest videri “minus solvisse” is, in quem amplioris summae actio non competit.

³⁶ *Ager est species fundi: si (Mo.).*

que hagas esto” y “que él mismo haya resuelto algo”; de allí parece que viene el nombre de censor.

112. *EL MISMO*, en el libro undécimo de Casio. Una “costa pública” es hasta donde el oleaje se agita más, y la misma <norma> de derecho se aplica a un lago, a menos que sea totalmente privado.

113. *EL MISMO*, en el libro décimo cuarto de Casio. Una enfermedad grave es la que perjudica cualquier cosa.

114. *EL MISMO*, en el libro décimo quinto de Casio. Se entiende que es solvente nadie más que el que puede pagar enteramente.

115. *EL MISMO*, en el libro cuarto de las epístolas. Existe la pregunta de en qué se distingue un “fundo” de una “posesión” o de un “agro” o de un “predio”. Un fundo es todo lo que está fijo en el suelo; agro es una especie de fundo¹⁰ que se adquiere para el uso de alguien; la “posesión” se diferencia del “agro” por la propiedad de derecho, pues cualquier cosa que tomamos, cuya propiedad no nos pertenece ni puede pertenecernos, la llamamos “posesión”. Por lo tanto, la “posesión” es el uso, el “agro” la propiedad de un terreno. Predio es el nombre general para ambos términos arriba escritos, pues el agro y la posesión son clases de este nombre.

116. *EL MISMO*, en el libro séptimo de las epístolas. <En la frase> “Sea mi heredero cualquier <hijo> mío o el hijo de un hijo”, Labeón no considera que se incluye a la hija; Próculo, lo contrario. Me parece que Labeón sigue la estructura de las palabras y Próculo, la voluntad del testador. Respondió: no dudo que la opinión de Labeón no sea la acertada.

117. *EL MISMO*, en el libro noveno de las epístolas. No puede considerarse que “pagó menos” aquel contra el que no compete una acción por cantidad mayor.

¹⁰ Sigo la lectura de Mommsen.

118. *POMPONIUS libro secundo ad Quintum Mucium.* “Hostes” hi sunt, qui nobis aut quibus nos publice bellum decrevimus: ceteri latrones aut praedones sunt.

119. *IDEM libro tertio ad Quintum Mucium.* “Hereditatis” appellatio sine dubio continet etiam damnosam hereditatem: iuris enim nomen est sicuti bonorum possessio.

120. *IDEM libro quinto ad Quintum Mucium.* Verbis legis duodecim tabularum his “uti legassit suae rei, ita ius esto” latissima potestas tributa videtur et heredis instituendi et legata et libertates dandi, tutelas quoque constituendi. Sed id interpretatione coangustatum est vel legum vel auctoritate iura constituentium.

121. *IDEM libro sexto ad Quintum Mucium.* Usura pecuniae, quam percipimus, in fructu non est, quia non ex ipso corpore, sed ex alia causa est, id est nova obligatione.

122. *IDEM libro octavo ad Quintum Mucium.* Servius ait, si ita scriptum sit: “filio filiisque meis hosce tutores do”, masculis dumtaxat tutores datos, quoniam a singulari casu hoc “filio” ad pluralem videtur transisse continentem eundem sexum, quem singularis prior positus habuisset. Sed hoc facti, non iuris habet quaestionem: potest enim fieri, ut singulari casu de filio senserit, deinde plenius omnibus liberis prospexisse in tutore dando voluerit. Quod magis rationabile esse videtur.

123. *IDEM libro vicensimo sexto ad Quintum Mucium.* Verbum “erit” interdum etiam praeteritum nec solum futurum tempus demonstrat. Quod est nobis necessarium sci-

118. *POMPONIO, en el libro segundo a Quinto Mucio.* Los “enemigos” son los que a nosotros nos han declarado, o a quienes nosotros declaramos públicamente la guerra; los otros son ladrones o saqueadores.

119. *EL MISMO, en el libro tercero a Quinto Mucio.* La palabra “herencia” comprende también, sin duda, la herencia dañosa, pues es un término de derecho, así como <el de> la posesión de los bienes de una herencia.

120. *EL MISMO, en el libro quinto a Quinto Mucio.* La expresión de la ley de las Doce Tablas “tal como hubiese legado sobre lo suyo, así sea derecho”, parece ser una amplísima potestad otorgada: <la> de instituir un heredero, <la> de dar legados y libertades, y también <la> de designar tutores. Pero ésta ha sido restringida por la interpretación de las leyes y por la autoridad de los que instituyen el derecho.

121. *EL MISMO, en el libro sexto a Quinto Mucio.* El interés que recibimos del dinero no entra en el fruto, porque no proviene del dinero mismo, sino de otra causa, esto es, de una nueva obligación.

122. *EL MISMO, en el libro octavo a Quinto Mucio.* Servio <Sulpicio Rufo> dice que si <en un testamento> se escribió así: “nombro a éstos como tutores de mi hijo e hijos”, tan sólo se han nombrado tutores de los varones, porque parece que del caso singular “hijo” se pasó al plural, el cual contiene el mismo sexo que tenía el primero, puesto en singular. Pero esta situación de hecho no tiene cuestión de derecho: puede suceder, en efecto, que con el caso singular se haya pensado en un hijo y que luego haya querido cuidar más plenamente de todos los hijos <e hijas> al nombrar un tutor, lo cual parece más razonable.

123. *EL MISMO, en el libro vigésimo sexto a Quinto Mucio.* El verbo “será” a veces indica también un tiempo pretérito y no sólo uno futuro. Porque nos es necesario saber también,

re et cum codicilli ita confirmati testamento fuerint: “quod in codicillis scriptum erit”, utrumne futuri temporis demonstratio fiat an etiam praeteriti, si ante scriptos codicillos quis relinquat. Quod quidem ex voluntate scribentis interpretandum est. Quemadmodum autem hoc verbum “est” non solum praesens, sed et praeteritum tempus significat, ita et hoc verbum “erit” non solum futurum, sed interdum etiam praeteritum tempus significat, ita et hoc verbum “erit” non solum futurum, sed interdum etiam praeteritum tempus demonstrat: nam cum dicimus “Lucius Titius solutus est ab obligatione”, et praeteritum et praesens significamus: sicut hoc “Lucius Titius alligatus est”. Et idem fit, cum ita loquimur Troia capta est: non enim ad praesentis facti demonstrationem refertur is sermo, sed ad praeteritum.

124. *PROCULUS libro secundo epistularum*. Haec verba “ille aut ille” non solum disiunctiva, sed etiam subdisiunctivae orationis sunt. Disiunctivum est, vel uti cum dicimus “aut dies aut nox est”, quorum posito altero necesse est tolli alterum, item sublato altero poni alterum. Ita simili figuratione verbum potest esse subdisiunctivum. Subdisiunctivi autem genera sunt duo: unum, cum ex propositis finibus ita non potest uterque esse, ut possit neuter esse, veluti cum dicimus “aut sedet aut ambulat”: nam ut nemo potest utrumque simul facere, ita aliquis potest neutrum, veluti is qui accumbit. Alterius generis est, cum ex propositis finibus ita non potest neuter esse, ut possit utrumque³⁷ esse, veluti cum dicimus “omne animal aut facit aut patitur”: nullum est enim quod nec faciat nec patiat: at potest simul et facere et pati.

³⁷ *uterque* (Mo.).

cuando en un testamento los codicilos han sido confirmados así: “lo que será escrito en los codicilos”, si se hace indicación de un tiempo futuro o también de uno pretérito, en caso de que alguien deje <algo> antes de la redacción de los codicilos, lo cual deberá interpretarse de acuerdo con la voluntad del testador. Del mismo modo que el verbo “es” no sólo indica un tiempo presente, sino también uno pretérito, así también el verbo “será” no sólo indica un tiempo futuro, sino también uno pretérito. Pues cuando decimos “Lucio Ticio está liberado de una obligación” indicamos tanto un pretérito como un presente, así como <cuando decimos> que “Lucio Ticio está obligado”, y lo mismo sucede cuando decimos “Troya es tomada”: en efecto, esta frase no se refiere a la indicación de un hecho presente, sino de uno pretérito.

124. *PRÓCULO*, en el libro segundo de las epístolas. Las palabras “el uno o el otro” no sólo son una disyuntiva, sino también son <parte> de una oración subdisyuntiva. Es disyuntiva, como por ejemplo, cuando decimos “o es de día o es de noche”, de los cuales términos, una vez expresado uno, es necesario quitar el otro, y del mismo modo, una vez quitado uno, se coloca el otro. Así, con una estructura similar, el verbo puede ser subdisyuntivo. Hay dos clases de subdisyuntivos: uno, cuando, por los términos propuestos de tal manera no pueden ser los dos a la vez, que no puede ser ninguno de los dos, como por ejemplo, cuando decimos “o está sentado o camina”, pues así como nadie puede hacer ambas cosas a la vez, así alguien puede no hacer ninguna de las dos, como por ejemplo, el que está recostado. La otra clase <de subdisyuntivos> es cuando, por los términos propuestos, de tal manera no puede ser ninguno de los dos, que pueden ser ambos a la vez, como cuando decimos “todo animal o hace o padece”, pues no existe ningún <animal> que ni haga ni padezca, pero puede hacer y padecer a la vez.

125. *IDEM libro quinto epistularum.* Nepos Proculo suo salutem. Ab eo, qui ita dotem “promisit”: cum commodum erit, dotis filiae meae tibi erunt aurei centum”, putasne protinus nuptiis factis dotem peti posse? quid si ita “promississet”: “cum potuero, doti erunt”? quod si aliquam vim habeat posterior obligatio, “possit” verbum quomodo interpretaris, utrum aere alieno deducto an extante? Proculus: cum dotem quis ita “promisit”: “cum potuero, doti tibi erunt centum”, existimo ad id quod actum est interpretationem redigendam esse: nam qui ambigue loquitur, id loquitur, quod ex his quae significantur sensit. Propius est tamen, ut hoc eum sensisse existimem³⁸ “deducto aere alieno potero”. Potest etiam illa accipi significatio “cum salva dignitate mea potero”: quae interpretatio eo magis accipienda est, si ita “promissum” est “cum commodum erit”, hoc esset “cum sine incommodo meo potero”.

126. *IDEM libro sexto epistularum.* Si, cum fundum tibi darem, legem ita dixi “uti optimus maximusque esset” et adieci “ius fundi deterius factum non esse per dominum praestabitur”, amplius eo praestabitur nihil, etiamsi prior pars, qua scriptum est “ut optimus maximusque sit” liberum esse significat eoque, si posterior pars adiecta non esset, liberum praestare deberem. Tamen inferiore parte satis me liberatum puto, quod ad iura attinet, ne quid aliud praestare

³⁸ Ins. *cum* (Mo.).

125. *EL MISMO*, en el libro quinto de las epístolas. Nepote saluda a su amigo Próculo. De aquel que prometió una dote <diciendo> así: “Cuando <me> sea conveniente, serán tuyos los cien áureos de la dote de mi hija”, crees que puede pedirse la dote inmediatamente después de celebradas las nupcias ? ¿Y qué si hubiese prometido <diciendo> así: “Cuando pueda, serán <tuyos los cien áureos> en dote”? Y si la segunda obligación tiene algún valor, ¿cómo interpretas la palabra “pueda”? ¿Acaso como “una vez deducidas las deudas” o “permaneciendo éstas”? Próculo <responde>: cuando alguien prometió una dote <diciendo> así: “Te daré en dote cien mil sestercios cuando pueda”, creo que la interpretación debe reducirse a lo que es el hecho, pues el que se expresa ambiguamente dice aquello que pensó decir con sus palabras. Sin embargo, es más probable que yo crea que él quiso decir: “Una vez deducidas las deudas, <cuando>¹¹ pueda”. Puede también aceptarse este significado: “Cuando pueda, salvando mi dignidad”, interpretación que es tanto más aceptable si se ha prometido <diciendo> así: “Cuando me sea conveniente”, esto sería “cuando pueda sin inconveniente mío”.

126. *EL MISMO*, en el libro sexto de las epístolas. Si, al darte un fundo, pronuncié así la cláusula: “Como esté mejor y mayor” y añadí: “se responderá de que el derecho del fundo no se ha hecho deterior por el propietario”, de nada más que eso se responderá, aun si la primera parte en que se escribió “como esté mejor y mayor”, significa que <el fundo> está libre <de servidumbre>, y por ello, si la siguiente parte no se hubiera añadido, debería responder de que está libre. Sin embargo, creo que por la segunda parte, estoy suficientemente liberado en lo que concierne a los derechos <de servidumbres> de tener que responder de alguna cosa

¹¹ Véase la nota al texto latino.

debeam, quam ius fundi per dominum deterius factum non esse.

127. *CALLISTRATUS libro quarto de cognitionibus*. "Vestis" appellatione tam virilis quam muliebris et scaenica, etiamsi tragica aut citharoedica sit, continetur.

128. *ULPIANUS libro primo ad legem Iuliam et Papiam*. Spadonum³⁹ generalis appellatio est: quo nomine tam hi, qui natura spadones sunt, item thlibiae thlasiae, sed et si quod aliud genus spadonum est, continentur.

129. *PAULUS libro primo ad legem Iuliam et Papiam*. Qui mortui nascuntur, neque nati neque procreati videntur, quia numquam liberi appellari potuerunt.

130. *ULPIANUS libro secundo ad legem Iuliam et Papiam*. Lege obvenire hereditatem non inproprie quis dixerit et eam, quae ex testamento defertur, quia lege duodecim tabularum testamentariae hereditates confirmantur.

131. *IDEM libro tertio ad legem Iuliam et Papiam*. Aliud "fraus" est, aliud "poena": fraus enim sine poena esse potest, poena sine fraude esse non potest. poena est noxae vindicta, fraus et ipsa noxa dicitur et quasi poenae quaedam praeparatio. (1) Inter "multam" autem et "poenam" multum interest, cum poena generale sit nomen omnium delictorum coercitio, multa specialis peccati, cuius animadversio hodie pecuniaria est: poena autem non tantum pecuniaria, verum capitis et existimationis irrogari solet. Et multa quidem ex arbitrio eius venit, qui multam dicit: poena non irrogatur, nisi quae quaque⁴⁰ lege vel quo alio iure specialiter huic delicto imposita est: quin immo multa ibi dicitur, ubi specialis poena non est imposita. Item multam is dicere potest,

³⁹ Cf. *D.23,3.39,1*.

⁴⁰ *quaqua* (Mo.).

distinta al hecho de que el derecho del fundo no se ha hecho deterior por el propietario.

127. *CALISTRATO*, en el libro cuarto sobre las *cogniciones*. En la palabra “vestido” se incluyen tanto el masculino como el femenino y el teatral, incluso el <de> tragedia o <el de> citarista.

128. *ULPIANO*, en el libro primero a la ley *Julia y Papia*. La palabra “eunuco” es general: nombre en el cual se incluyen tanto aquellos que son eunucos por naturaleza, así como los castrados por corte o aplastamiento, pero también cualquier otro género de eunucos.

129. *PAULO*, en el libro primero a la ley *Julia y Papia*. Los que nacen muertos ni se consideran nacidos ni procreados, porque nunca pudieron ser llamados “hijos”.

130. *ULPIANO*, en el libro segundo a la ley *Julia y Papia*. No impropriamente diría alguien que por ley <le> toca una herencia, y sobre todo la que se defiere por testamento, porque las herencias testamentarias se confirman por la ley de las Doce Tablas.

131. *EL MISMO*, en el libro tercero a la ley *Julia y Papia*. Una cosa es “fraude” y otra “pena”; en efecto, puede haber fraude sin pena, <pero> no puede haber pena sin fraude. La “pena” es el castigo del delito, y se llama fraude al delito mismo, como si fuera una preparación para la pena. (1) Entre “multa” y “pena” hay mucha diferencia, pues “pena” es el término general <para designar> el castigo de todos los delitos, y la multa lo es de una falta especial, cuya sanción es hoy pecuniaria. La pena, en cambio, no sólo es pecuniaria, sino que suele irrogarse también la capital o la de reputación; la multa, además, depende del arbitrio de aquel que la impone; la pena no se irroga a no ser la que por alguna ley o por algún otro derecho se imponga especialmente para un delito específico: más aun, se fija una multa cuando no hay una pena especial ya impuesta. Del

cui iudicatio data est:⁴¹ magistratus solos et praesides provinciarum posse multam dicere mandatis permissum est. Poenam autem unusquisque inrogare potest, cui huius criminis sive delicti executio competit.

132. *PAULUS libro tertio ad legem Iuliam et Papiam.* “Anniculus” amittitur, qui extremo anni die moritur. Et consuetudo loquendi id ita esse declarat: “ante diem decimum kalendarum”, “post diem decimum kalendarum”: neutro enim sermone undecim dies significantur.⁴² (1) Falsum est eam peperisse, cui mortuae filius exsectus est.

133. *ULPIANUS libro quarto ad legem Iuliam et Papiam.* Si quis sic dixerit “ut intra diem mortis eius aliquid fiat”, ipse quoque dies, quo quis mortuus est, numeratur.

134. *PAULUS libro secundo ad legem Iuliam et Papiam.* “Anniculus” non statim ut natus est, sed trecentesimo sexagesimo quinto die dicitur, incipiente plane, non exacto die, quia annum civiliter non ad momenta temporum, sed ad dies numeramus.

135. *ULPIANUS libro quarto ad legem Iuliam et Papiam.* Quaeret aliquis, si portentosum vel monstrosum vel debilem mulier ediderit vel qualem visu vel vagitu novum, non humanae figurae, sed alterius, magis animalis quam hominis, partum, an, quia enixa est, prodesse ei debeat? Et magis est, ut haec quoque parentibus prosint: nec enim est quod eis imputetur, quae qualiter potuerunt, statutis obtemperave-

⁴¹ Ins. et (Mo.).

⁴² undecimus dies significatur.

mismo modo, puede fijar una multa aquel a quien se asignó el juicio. <Y>¹² en los mandatos <imperiales> está permitido que los magistrados solos y los gobernadores de las provincias puedan fijar una multa. En cambio, puede irrogar una pena cada una <de las personas> a quienes compete la persecución de un crimen o de un delito.

132. *PAULO, en el libro tercero a la ley Julia y Papia.* Se pierde <el hijo> “de un año” que muere en el último día del <primer> año <de vida> y la costumbre de decir esto muestra que así es: “antes del décimo día de las calendas” <o> “después del décimo día de las calendas”, pues en ninguna <de estas dos> frases se hace referencia al undécimo día.¹³ (1) Es falso que “haya parido” aquella <mujer> a la que, ya muerta, se le haya extraído el hijo.

133. *ULPIANO, en el libro cuarto a la ley Julia y Papia.* Si alguien dice “que antes del día de <mi> muerte se haga algo”, se cuenta también el día mismo en que muera.

134. *PAULO, en el libro segundo a la ley Julia y Papia.* Se llama <hijo> “de un año” no desde el momento en que nació, sino a partir del día trescientos sesenta y cinco, precisamente cuando empieza el día, no cuando ha terminado, porque contamos el año civil no por momentos, sino por días.

135. *ULPIANO, en el libro cuarto a la ley Julia y Papia.* Alguien preguntará: si una mujer diera a luz un hijo ostentoso, o monstruoso o inválido, o como insólito por el aspecto o gemido, de forma no humana sino de otra, más parecido a un animal que a un hombre, ¿acaso, porque parió, debería serle de provecho? Y es más cierto que también estos <hijos> son de provecho para sus padres, pues no existe <nada> que se les pueda imputar si, como pudieron, se sometieron a los estatutos, y

¹² Sigo la lectura de Mommsen.

¹³ Véase la nota al texto latino.

runt, neque id quod fataliter accessit, matri damnum iniungere redebit.

136. *IDEM libro quinto ad legem Iuliam et Papiam.* "Generi" appellatione et neptis et proneptis tam ex filio quam ex filia editorum ceterarumque⁴³ maritos contineri manifestum est.

137. *PAULUS libro secundo ad legem Iuliam et Papiam.* "Terenixa" videtur etiam quae trigeminos pepererit.

138. *IDEM libro quarto ad legem Iuliam et Papiam.* "Hereditatis" appellatione bonorum quoque possessio continetur.

139. *ULPIANUS libro septimo ad legem Iuliam et Papiam.*⁴⁴ Aedificia "Romae" fieri etiam ea videntur, quae in continentibus Romae aedificiis fiant. (1) "Perfecisse" aedificium is videtur, qui ita consummavit, ut iam in usu esse possit.

140. *PAULUS libro sexto ad legem Iuliam et Papiam.* "Cepisse" quis intellegitur, quamvis alii adquisit.

141. *ULPIANUS libro octavo ad legem Iuliam et Papiam.* Etiam ea mulier cum moreretur creditur filium habere, quae exciso utero edere possit. Nec non etiam alio casu mulier potest habere filium quem mortis tempore non habuit, ut puta eum qui ab hostibus remeabit.

142. *PAULUS libro sexto ad legem Iuliam et Papiam.* Triplici modo coniunctio intellegitur: aut enim re per se coniunctio contigit, aut re et verbis, aut verbis tantum. Nec dubium est, quin coniuncti sint, quos et nominum et rei

⁴³ et neptis tam ex filio quam ex filia ceterarumque (Mo.).

⁴⁴ Cf. Gai. 1,33.

tampoco aquello que sucedió fatalmente debe causar daño a la madre.

136. *EL MISMO*, en el libro quinto a la ley Julia y Papia. En la palabra “yerno” es evidente que se incluye a los maridos de la nieta y de la bisnieta, como a los de las restantes, tanto por parte de hijo como de hija.¹⁴

137. *PAULO*, en el libro segundo a la ley Julia y Papia. Se considera que “la que dio a luz tres veces” es también la que parió tres gemelos.

138. *EL MISMO*, en el libro cuarto a la ley Julia y Papia. En la palabra “herencia” se incluye también la posesión de los bienes <hereditarios>.

139. *ULPIANO*, en el libro séptimo a la ley Julia y Papia. Se considera son también edificios de Roma aquellos edificios que se hacen en los contornos de Roma. (1) Se considera “haber acabado” un edificio aquel que lo terminó de modo que ya pueda estar en uso.

140. *PAULO*, en el libro sexto a la ley Julia y Papia. Se entiende que alguien “adquirió” aunque haya adquirido para otro.

141. *ULPIANO*, en el libro octavo a la ley Julia y Papia. Se cree que tiene un hijo incluso aquella mujer que, al morir, puede dar a luz abriéndole el útero. Y también en otro caso, una mujer puede tener un hijo que no tuvo al momento de la muerte, como <sería el caso de> el <hijo> que regresa del <cautiverio> enemigo.

142. *PAULO*, en el libro sexto a la ley Julia y Papia. La conjunción se entiende de tres modos: pues la conjunción, por sí misma, une de hecho, o de hecho y con palabras, o sólo con palabras. Y no hay duda de que están unidos los <términos> que junta la unión de palabras y de hecho, como por ejemplo,

¹⁴ Véase la nota al texto latino.

complexus iungit, veluti “Titius et Maevius ex parte dimidia heredes sunt”, vel ita “Titius Maeviusque heredes sunt”, vel “Titius cum Maevio ex parte dimidia heredes sunt”. Videamus autem, ne etiam si hos articulos detrahas “et” “que” “cum”, interdum tamen coniunctos accipi oporteat, veluti “Lucius Titius, Publius Maevius ex parte dimidia heredes sunt”, vel ita “Publius Maevius, Lucius Titius heredes sunt. Sempronius ex parte “dimidia heres esto”, ut Titius et Maevius veniant in partem dimidiam et re et verbis coniuncti videantur. “Lucius Titius ex parte dimidia heres esto. Seius ex parte, qua Lucium Titium heredem institui, heres esto. Sempronius ex parte dimidia heres esto”. Iulianus dubitari posse, tres semisses facti sint an Titius in eundem semissem cum Gaio Seio institutus sit: sed eo, quod Sempronius quoque ex parte dimidia scriptus est, verisimilius esse in eundem semissem duos coactos et coniunctim heredes scriptos esse.

143. *ULPIANUS libro nono ad legem Iuliam et Papiam.* Id “apud se” quis “habere” videtur, de quo habet actionem: habetur enim quod peti potest.

144. *PAULUS libro decimo ad legem Iuliam et Papiam.* Libro memorialium Massurius scribit “pellicem” apud antiquos eam habitam, quae, cum uxor non esset, cum aliquo tamen vivebat: quam nunc vero nomine amicam, paulo honestiore concubinam appellari. Granius Flaccus in libro de iure Papiariano scribit pellicem nunc vulgo vocari, quae cum eo, cui uxor sit, corpus misceat: quosdam eam, quae uxoris loco sine nuptiis in domo sit, quam *παλλακήν* Graeci vocant.

“Sean Ticio y Mevio herederos por la mitad” o “Sean Ticio y Mevio herederos”, o “Sean Ticio, junto con Mevio, herederos por la mitad”. Mas observemos que, aunque quites estos enlaces: “y”, “junto con”, sin embargo, a veces se debe entender que están unidos, como por ejemplo: “Lucio Ticio, Publio Mevio, sean herederos por la mitad” o “Publio Mevio, Lucio Ticio sean herederos. Sea Sempronio heredero por la mitad”, de modo que Ticio y Mevio heredan una mitad y se considera que están unidos de hecho y por las palabras. <Cuando se dice:> “Lucio Ticio sea heredero por la mitad; Seyo sea heredero por la parte en que instituí heredero a Lucio Ticio; Sempronio sea heredero por una mitad”. Juliano <dice> que puede dudarse, si se han hecho tres partes o si Ticio fue instituido por la misma mitad por la que Cayo Seyo <lo fue>, pero por el hecho de que Sempronio haya sido instituido también por la mitad, es más verosímil que dos <de ellos>, <Ticio y Seyo>, hayan sido reunidos e instituidos conjuntamente como herederos por una misma mitad.

143. *ULPIANO*, en el libro noveno a la ley Julia y Papia. Se considera que alguien “tiene en su poder” aquello de lo cual tiene acción: pues se tiene lo que puede reclamarse <por vindicación>.

144. *PAULO*, en el libro décimo a la ley Julia y Papia. En su libro de memorias, Masurio <Sabino> escribe que, entre los antiguos, se llamaba “*pellex*” a la que, aunque no era la esposa legítima, vivía sin embargo con un hombre: a la cual ahora, se le llama con el nombre de “amiga”, y con uno un poco más discreto, “concubina”. Granio Flaco, en el libro sobre el derecho Papiriano, escribe que en la actualidad se llama vulgarmente “*pellex*” a la que mezcla su cuerpo con el <hombre> que sí tiene esposa legítima, y algunos llaman así a la que cohabita en lugar de mujer sin haber matrimonio, a la cual los griegos llaman “*pállake*”.

145. *ULPIANUS libro decimo ad legem Iuliam et Papiam.* “Virilis” appellatione interdum etiam totam hereditatem contineri dicendum est.

146. *TERENTIUS CLEMENS libro secundo ad legem Iuliam et Papiam.* “Soceri” “socrus” appellatione avum quoque et aviam uxoris vel mariti contineri respondetur.

147. *IDEM libro tertio ad legem Iuliam et Papiam.* Qui in continentibus urbis nati sunt, “Romae” nati intelleguntur.

148. *GAIUS libro octavo ad legem Iuliam et Papiam.* Non est sine liberis, cui vel unus filius unave filia est: haec enim enuntiatio “habet liberos” “non habet liberos” semper plurativo numero profertur, sicut et pugillares et codicilli:

149. *IDEM libro decimo ad legem Iuliam et Papiam.* nam quem sine liberis esse dicere non possumus, hunc necesse est dicamus liberos habere.⁴⁵

150. *IDEM libro nono ad legem Iuliam et Papiam.* Si ita a te stipulatus fuero: “quanto minus a Titio consecutus fuero, tantum dare spondes?”, non solet dubitari, quin, si nihil a Titio fuero consecutus, totum debeas quod Titius debuerit.

151. *TERENTIUS CLEMENS libro quinto ad legem Iuliam et Papiam.* “Delata” hereditas intellegitur, quam quis possit adeundo consequi.

152. *GAIUS libro decimo ad legem Iuliam et Papiam.* “Hominis” appellatione tam feminam quam masculum contineri non dubitatur.

153. *TERENTIUS CLEMENS libro undecimo ad legem Iuliam et Papiam.* Intellegendus est mortis tempore fuisse, qui in utero relictus est.

⁴⁵ Cf. *Gai.* 3,53.

145. *ULPIANO, en el libro décimo a la ley Julia y Papia.* Hay que decir que en la palabra “parte” también se incluye a veces toda la herencia.

146. *TERENCIO CLEMENTE, en el libro segundo a la ley Julia y Papia.* Se responde que en las palabras “suegro” <y> “suegra” se incluyen también el abuelo y la abuela de la mujer o del marido.

147. *EL MISMO, en el libro tercero a la ley Julia y Papia.* Los que nacieron en los contornos de la urbe se consideran nacidos “en Roma”.

148. *GAYO, en el libro octavo a la ley Julia y Papia.* No carece de “descendencia” el que tiene un solo hijo o una sola hija, pues esta enunciación “tiene descendientes” <o> “no tiene descendientes” siempre se expresa en plural, como “las tablillas para escribir” y los “codicilos”,

149. *EL MISMO, en el libro décimo a la ley Julia y Papia.* pues de quien no podemos decir que está sin descendientes, es necesario que digamos que <sí> tiene descendientes.

150. *EL MISMO, en el libro noveno a la ley Julia y Papia.* Si así hubiera estipulado de ti “¿prometes darme tanto cuanto <y> cobre de menos de Ticio?”, no suele dudarse que, si <y> no cobrara nada a Ticio, tú <me> debas todo lo que Ticio debiera.

151. *TERENCIO CLEMENTE, en el libro quinto a la ley Julia y Papia.* Se considera “deferida” la herencia que alguien puede adquirir por adición.

152. *GAYO, en el libro décimo a la ley Julia y Papia.* No se duda de que en la palabra “hombre” se incluye tanto a la mujer como al varón.

153. *TERENCIO CLEMENTE, en el libro undécimo a la ley Julia y Papia.* Debe considerarse que existía, en el momento de la muerte <de la madre>, el que se quedó <vivo> en el vientre.